

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Gottlieb Christophori Harles Anthologia Graeca Poetica**

**Harless, Adolf Gottlieb Christoph  
Baruthi, MDCCXCII.**

**VD18 13527622**

Callimachi

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18225**

## ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ

ΕΙΣ

ΔΗΜΗΤΡΑ  
TMNOΣ \*)

HYMNVS IN CEREREM

\*) *Callimachus*, qui A. M. 3737. et ante Christum natum 247. floruit, Cyrene, vrbe in Africa, ortus, *Battiades* vocatur a Batto, Cyrenarum conditore. v. *Burni. ad Ouid. I. Amor.* 15. interpretes ad *Petron.* t. 135. *Spanhem. ad Callimach. H. in Apoll.* 65. In Museo Alexandrino, quo plures erudit homines sumitibus regis Aegyptiaci alebantur, vixit, et regi Ptolemaeo Philadelpho, eiusque successori, Ptolemaeo Euergetae iucundus fuit. Multa scripsisse dicitur: sed ad nostra tempora peruererunt VI. Hymni in tot deos deasque; LXXIII. epigrammata, et multa fragmenta. Iudicium de eo iam tulit *Ouid. I. Amor.* el. 15. vers. 13. 14.

*Battiades semper toto cantabitur orbe:*

*Quamuis ingenio non valet: arte valet.*

Atque *Io. Georg Zierlein* in disputacione de *ingenio Callimachi*, sub praesidio *Klotzii*, Halae Saxon. 1770. ventilata, ostendere studet, mediocre fuisse ingenium Callimachi, boni alias grammatici, magis venustum, quam magnum. Suas tamen habet virtutes, eiusque reliquiae formulis typographicis saepius descriptae sunt. Princeps editio est Florentina, litteris capitalibus cura *Lascaris*, sine mentione loci et anni, et nouissima cura *Christoph. Frid. Loesneri*, sine notis, Lipsiae 1774. in 8. Locupletissima autem et optima est: *Callimachi hymni, epigrammata et fragmenta cum notis integris H. Stephani, B. Vulcanii, Annae Fabri, Th. Graevii, R. Bentleii*, quibus accedunt *Ezech. Spanhemii commentarius, et notae nunc primum editae Tiberii Hemsterhusii et Davidis Ruhnkenii*; textum ad MSS. fidem recensuit, latine vertit, atque notas suas adiecit *Io. Augustus Ernesti*. tom. I. II. Lugduni Batav, 1770-1771. in 8. Secundum hanc edi-

Τῷ καλάθῳ κατιόντος ἐπιφέγγεσθε γυναι-

κες.

N 2

Δάδα-

tionem hunc hymnum in Cererein formulis typographi-  
cis describendum curauimus. Animaduersiones interpre-  
tum et eruditissimi Ernesti ac luculentus Spanhemii com-  
mentarius otium nobis fecerunt. Ablegamus igitur le-  
ctores ad illos fontes, vbi sitim extinguere adfatum pos-  
sunt. Spicilegium tamen collegit post Ernesti curas Iac.  
Frider. Heusinger in comment. s. Emendationum Calli-  
machiarum periculo. Guelpherb. 1766. 4. Imitatus  
est Callimachum vers. 26. seqq. Ouidius Metamorph. VII,  
738. sq. et Scaliger Poetices V. 8. ab Oudio haud paullo  
superatum indicat Callimachum: cuius quidem partes  
suscipiens Ernesti in prolusione quadam elegantissima,  
(quae etiam reperitur in Callimachi editione ab illo cu-  
rata, tom. I. pag. 262. seq.) effecit, Callimachum ne hac  
quidem parte imitatori suo primas cedere cogi. Erne-  
stinam editionem contulimus cum Florentina a Bandino  
Florent. 1763. in 8. publicata, qui ex editione Lascaris,  
litteris vncialibus Florent. adornata, varias lectiones de-  
cerptas suae addidit: cetera autem parum meriti et ho-  
noris hac sua praepropria editione adeptus videtur.  
Hunc Callimachi Hymnum et Oidianam imitationem  
interpretatus est et in linguam teutonicam transtulit Gold-  
hagen in Griechische und Römische Anthologie in deut-  
schen Uebersetzungen mit Anmerkungen erläutert —  
tom. I. pag. 283. Brandenburg 1767. in 8. et Ernestinam  
prolusionem germanice adiunxit. Reiskius in Animaduer-  
sionibus ad Graecos auatores, vol. V. Lipsiae 1766. no-  
strum quoque Hymnum illustravit: cuius obseruationes,  
quoniam breues sunt, interdum inseremus.

V. I. τῷ καλάθῳ. Perperam confundunt viri docti  
κυνηφόρες et κισοφόρες, item κισσοφόρειν, quod est virorum,  
ac κισοφορεῖν, quod est mulierum. vid. Toup. add. Theo-  
crit. edit. Warton. p. 405. adde Toup. emend. in Suid.  
et Hesych. tom. II. pag. 203. sq. et Opusc. mea varii ar-  
gum. p. 493. sq. In calathis siue canistris portabantur  
flores et spicæ a nobilibus virginibus, in cistis vero a

Δάματερ μέγα χαιρε, πολύτροφε, πελυμέ.  
διμνε.

T<sub>oy</sub>

mulieribus sacra mystica. Vebantur virginis canepho-  
rae curru, quarto Eleusiniorum die, qui incedebat val-  
de tarde, trahentibus bobus: habebatque non rotas ra-  
diatas, quemadmodum alii, sed tympana, axi cohaeren-  
tia, et cantho ferreo iuneta. Post hunc feminae incede-  
bant cistas mysticas baiulantes: erantque illae fasciis pur-  
pureis redimitae; dum humi spectare debebant profani,  
non e tectis aliisue locis editis: nec spuendum tum fuit:  
et circa vesperam id factum, ut pluribus docet Meursius  
in Eleusiniis sacris cap. 25. quem vide. Th. Graeu. Span-  
heimio hic calathi processus videtur non ad Cereris Eleu-  
sinia, ut a Meursio factum, sed ad eiusdem deae, diuer-  
sa ab iis, Thesmophoria omnino referri, ut id tum  
aliunde, tum maxime v. 20. et 22. huius hymni clarius  
patere videtur illi; sed dissentiente Ernesti ad v. 6.

*ibid. ναυτίοντος* non est, descendente, sed redeunte post  
annuam absentiam et adueniente in urbem et templum  
suum, velut e peregrinatione aut e coelo. Est idem,  
quod Theocritus XV. in fine de Adonide usurpat ἀφεντί-  
σι. Sic in fragmentis Callimacheis pag. 448. n. 18.  
ἥλιος ναυτοβαῖνων est sol oriens. nam reddit, cum oritur, ex  
peregrinatione velut et absentia ad terras, quas quotidie  
de nouo inuisere solet; id, quod adparet ex opposito in  
δὲ δυσμαῖς ὄντος, occidente sole. Reiske.

*ibid. ἐπιφθέγξασθε.* Sacrum a solis feminis, viris  
omnibus exclusis, procurabatur. Iubentur igitur hic  
in genere mulieres, sicut infra v. 119. tam virginis, quam  
mulieres, sollemnem huius Cerialis calathi processum  
comitantes, solitis eundem seu potius deam ipsam, in cu-  
jus ille honorem deferebatur, adclamacionibus, (hinc  
ἐπιφθέγξασθαι, adclamate,) prosequi. vide Spanhem. et  
Virgil. Georg. I. 346.

v. 2. πολύτροφε, πελυμέδ. Consueta sunt epitheta Ce-  
reris, quae eadem est cum Tellure, quoniam tellus  
multos profert fructus frugesque, et τροφῆ, nutritioni  
omnium rerum praecedit. Modum igitur in capite gestat

Tὸν καίλαθον κατιόντα (χαριὴ θασεῖσθε βέ-  
βαλοι)

Μηδ' ἀπὸ τῶν τέγεος, μηδὲ ὑψόθεν αὐγάσ-  
σησθε,

Μή πάις, μηδὲ γυνὰ, μηδὲ ἀκατεχεύατο χαι-  
ταν,

N 3

Μηδ'

5

Ceres. confer librum: Papauer ex omni antiquitate eru-  
tum, Noribergae 1713. in 4. in primis pag. 42. sq. ibi-  
que effigies aeri incisas. pag. 36. disputatur de voc. Δη-  
μήτηρ. nam Δαρμάτηρ est dorice. — De voc. βέβαλοι vide  
indicem.

v. 3. θασεῖσθε, dorice a θάσουι specto, vt Theocrit.  
II. 72. XV. 23. conf. de hoc. voc. Valcken. ad Theocriti  
Adoniaz. v. 65. pag. 367. Commodissimum autem vide-  
tur Ernesti, verba χαριὴ θασεῖσθαι βέβαλοι in parenthesi  
accipi. Contra Reiskius, „dele, inquit, signa paren-  
theseos, humo, de plano, spectate redeuntem calathum,  
non autem e teētis domuum.“ Ut fere Spanhem. expli-  
cuit, cui id vel inde factum videtur, quod non alia es-  
set, vt vel graecum de ea nomen abunde arguit, Δημή-  
τηρ, siue Ceres, nisi Tellus omnium mater et nutrix,  
quae spectatores proinde humi, seu in terra, vel investi-  
bulis aedium stantes aut sedentes flagitaret; non e loco  
aliquo sublimi, vt continuo additur, neque, quod alias  
in eiusmodi pompis factum, vehiculis seu pilentis aut  
equis vectos.

v. 5. χαιταν. Cum Heinsio Arist. Sacr. pag. 920. Er-  
nesti, Bandinio et Goldhagenio intellexerim de meretrice.  
Scholiast. cod. Reg. adscribit: μηδὲ οὐτις ἄγαμος ἐστι. Anna  
Fabri interpretatur, quae comam submisit, et temere Ze-  
phyris agitandam reliquit, i. e. puella: mulieres enim  
capillos non submittebant. Reiskius in alias abit partes;  
scribo, inquit, ἔτι, subaudiens ὥστε, neque ea diei parte,  
(n. vespertina, aut quum cubitum eunt,) qua virgo  
quaepiam, aut mulier solet crinem promittere, nodos  
eius resoluit, et illum pendere atque fluitare neglectum  
sinit. Tempori vespertino opponitur versu proximo 6.

Μηδ' ὥκ' ἀφ' αὐτούσιν σομάτων πτύωμες ἄπα-  
501.

"Εσπερος ἐκ νεφέων ἐσκέψατο πανίκα νεῖται·  
"Εσπερος, ὅτε πιεῖν Δαμάτερα μῶνος ἔπεισεν,  
"Αρπαγίμας ὥκ' ἄπυτα μετέσιχεν ἵχνια κώgas.  
10 Πότνια, πῶς σε δύναντο πόδες φέρεν ἐσ τ' ἐπι-  
δυθμᾶς,

"Ἐσ τ' ἐπὶ τῶς μέλαρας, καὶ ὅπα τὰ χρύσεα  
μᾶλα;

Οὐ πίεσ, ὅτ' ἀρ' ἔδεις τῆνον χρόνον, σδ' ἐλοέσσω.

This

matutinum; neque cum sicco despuiimus ore. — v. 6. Heu-  
sing. in Pericolo p. X. corrigit μή πον' quia Callim. in-  
spectionem calathi interdicat ne, quando Ceres, vltura  
curiosos mysteriorum suorum inspectores, populo fa-  
mem immittat.

v. 7. Sedulo et cupidus e nubibus prospectans obser-  
uat Hesperus illud tempus, quandonam sit aduenturum,  
quo calathus ille sit promoturus gradum, in urbem vt  
importetur. Reiske. Hoc enim sacrum, obseruante An-  
na Fabri, ad vesperam incipiebatur, quia scilicet erat  
peruilibum Veneri, vt Palladi et aliis, qua diis, qua  
deabus, siue nocturna Cereris sacra. Quare circa vespe-  
ram prodire primum solita est huius deae pompa; in  
eaque calathi Cerealis gestatio.

v. 8. confer Isocrat. Panegyr. cap. 6. ibique cl.  
*Morum.*

v. 10, conf. Valcken. praefat. ad Virgilium cum Grae-  
cis collatum pag. 46. supra ad Minnern. IIII. 9. δυθμᾶς  
vid. indicem.

v. 11. μελάνεις h. c. Aethiopas. — μᾶλα nempe ad  
Oceanum Atlanticum, vbi vulgo feraces illi aureis malis  
Hesperidum horti a veteribus statuuntur. v. Spanheim. et  
C. G. Schwarzii disput. de lapsu primorum humani gene-  
ris parentum a paganis adumbrato. Altorsi 1730.

v. 12. Hunc versum pro spurio eiicit Ruhnken. epist.  
crit. II. pag. 37. adsentiente Ernesti, cui etiam vers. 15.

Tρὶς μὲν δὴ διέβης Ἀχελῷον ἀργυροδίναν,  
Τοσσάκι δ' αἰνάων ποταμῶν ἐπέρασσας ἔκαστον,  
[Τρὶς δ' ἐπὶ καλλίεης νήσος δράμες ὄμφαλον  
"Ενναν"] 15

Τρὶς δ' ἐπὶ καλλί [χόρῳ χαμάδις ἐκαθίσσαο  
Φρητὶ]

Αὐσαλέα, ἀποτόστε· καὶ φάγες, γδ' ἐλοέσσω.  
Μὴ μὴ ταῦτα λέγωμες, ἐδάκρυν ἄγαγε Δηοῖ.  
Κάλλιον, ὡς πολιέσσιν ἑαδότα τέθμια δῶκε.

N 4

Κάλ-

spurius posterior pars v. 16. supplementum a recentiori  
manu esse videntur. παλλιχ. puteus fuit in Attica cele-  
berrimus. Enna autem in media insula Sicilia sita pu-  
tabatur: hinc ὄμφαλος, umbilicus dicitur.

v. 12. Secundum Spanhemium hinc tertia etiam Thes-  
mophoriorum dies, Pyanepsonis nempe decima sexta  
ieiunio a mulieribus iis operantibus translata, eademque  
νησεῖα inde dicta. Abstemia erant tam apud Graecos,  
quam apud Romanos haec Cereris facra: Feminae au-  
tem illis sacris operantes a vino abstinere debebant, cum  
quia in casto esse debebant, tum maxime, quod oblatam  
in aedibus Hippothontis vini potionem moesta adhuc  
ob filiae raptum recusasse fertur eadem Ceres.

v. 13. Achelous fluuius fuit Aetoliae, qui ab Acar-  
nania separat, et prae aliis fluuiis celebris.

v. 14. ἀερν. ita fluuii a perenni fluxu apud Graecos  
poetas dicti sunt, mox simplici σ, Lascaris dedit ἐπέρασσας.

v. 18. ἥγαγε. Correxi ἥγαγε ex H. in L. P. v. 5. 81.  
et sic semper Pindarus. Μὴ μὴ elegans repetitio, in qua  
tamen librarii offenderunt, ut Vossianus, qui dedit μὴ  
δη. v. Doruille ad Charit. p. 200. Ernesti. In sacris au-  
tem Cereris omnis luctus omniaque mali ominis verba  
abesse debebant. v. Spanheim.

v. 19. τέθμια. Ηεζυχ. νόμισσ, leges. Hinc Ceres  
Θεσμοφόρος, legisfera, dicitur, quod post inuentum a  
Cerere frumentum discreti primum fuerunt agri, inde-  
que iura legesque enatae sunt, quibus suum cuique tri-  
bueretur; et Romae in aede Cereris aeri incisae leges

οκάλιον, ὡς καλάμην τε οὐδὲ ιερὰ δράγματα  
πρότα

Ἄσαχύων ἀπέκοψε, οὐδὲ ἐν βόας ἦνε πατῆσαι,  
Ανίκα Τριπτόλεμος ἀγαθὰν ἐδιδάσκετο τέχ-  
ναν.

Κάλιον, ὡς (ἴνα καὶ τις ὑπερβασίας ἀλέηται)  
[Θύκατο βεπείνα Τριόπεω γόνον οἰκτρὸν] ιδέα-  
θα.

Oυπω

positae erant. v. Spanhemium, qui item comparat Hebraeorum festum messis, et de auctoritate diuinitateque primorum legislatorum agit, et Fabrii B. Gr. vol. II. p. 32. ibique Richteri notam.

v. 20. Haec altera, immo praecipua quaedam causa instituti huius apud Graecos et quidem Atticos sacri. Hinc Cereri, inuentrici et auctori messis, frugum primiae seu spicarum sacro manipulo (δράγματι) et spicae ferta statis messis temporibus offerri olim consueuerant. Immo enata est primum sacrorum eiusmodi conuentuum ac festiuitatum origo. vide Spanhem. qui praeter ea ritus Aegyptiorum et Hebraeorum comparat.

v. 21. Trituram intelligit, quae bobus et iumentis peragitur, et non solum apud Graecos, sed etiam apud Hebraeos, Syros, Arabes et Aegyptios olim in usu fuit.

v. 22. confer Ouid. III. Trist. 8. 1. ibique a. me notata. Valer. Flacc. I. Argonaut. 67. et Spanhem. ad nostrum locum. Legislator fuit apud Athenienses antiquissimus, et Thesmophoria seu sacra in honorem Cereris Legiferae qui institueret, primus fuit. adde libell. de Papauere ad vers. 2. laudatum pag. 106. et 107. Fabrii Bibl. gr. vol. II. p. 22. ibique Richteri notam.

v. 23. Egregie inserit poeta sententiam, qua quidem et fabulam illuminat quasi, et docet.

v. 24. Hunc versum exsulare iubet Ernesti. Θύκατο φε-  
cit, v. indicem τιθέντας. Βεπείνα ingenti, dira fame. Her-  
sych. tom. I. pag. 752. Βεπείνα, μέγαν λιμὸν, et Suid.  
tom. I. pag. 448. Βεπείνα, η μεγάλη πείνα. Nam Βε in  
compositis auget significationem. Sic Βεπείνα explicatur

Οὐπω ταῦν Κνιδίαν, ἔτι Δάρτιον ἵρὸν ἔναιον, 25  
Τὰ δ' αὐτῷ καλὸν ἄλσος ἐποιήσαντο Πελασγοὶ  
Δένδρεσιν ἀμφιλαφέσ· διά τεν μόλις ἥνθεν  
οἴσος.

Ἐν πίτου, ἐν μεγάλαις πτελέαις ἔσαν, ἐν δὲ καὶ  
οὐχιαῖς,

N 5 'Av

ab Hesychio νέος μέγας, et Ammon. Differ. p. 109. Βέναις,  
ο μέγας ποτης. v. 103. vocatur βέβωνεις. Locus classicus  
est apud Varro. de R. R. II. cap. 5. p. 89. ed. Stephani.  
adde Schol. atque Hemsterhus. ad Aristophan. Plutum  
v. 874.

v. 25. Docet Cl. Salmasus in notis ad inscriptionem Herodis Attici pag. 28. τὰν κνιδίαν pro τὰν κνιδέων ponit, — nec Cnidios in Thessaliam, verum Thessalos relictam urbem Dotio in insulam Cnidum profectos duce Triopam, ibique condidisse urbem Triopion. Dotium, urbem Thessaliam, vocat sacrum propter lucum Cereri ibi ab antiquis, quos Pelasgos dicit noster fuisse, positum. ἱρὸν pro ἱερῷ sacrum, ionice.

v. 26. f. ηδ̄ ἀνταξ̄ aut τηνει ταξ̄, id est, εκει ἀντη̄, ibi et, Cereri puta. Reiske. Tū alienum quoque videtur Ernesti, quoniam in toto loco de Cerere in tertia persona loquitur. Enimuero, nisi Reiskii coniectura valde probabili amplectenda videtur, forte τὸν dorice pro τοι more consueto παρέλανει: ἀνταξ̄ dorice pro ἀντη̄ illi Cererī, vel illo loco, εν ἀντη̄ χώρας. — αλσ. εποιησ. vide indicem et confer Lucan. III. 393. sqq.

v. 27. ἀμφιλαφ. vide indicem. — οὐ poetice pro ἀν,  
quare aer. 2. διῆγεν, (nam διὰ-ῆγεν per timesin discreta,  
sunt coniungenda, vt mox ἐν-εστιν) reddi debet per im-  
perfectum coniunctiui, penetraret, perueniret. v. Hooge-  
de particul. tom. I. pag. 79. n. 7. sic supra Anacr. VIHI.  
19. οὐδὲ ἀφῆ με, etiam si me dimitteres. Bion I. 39. ἀν cum  
aer. primo coniunctum, ἔκλαυσεν ἀν, reddendum est,  
deplorasset. vide Hooge. loc. mem. n. 6. add. Aeschinis  
dial. I. nr. 12.

v. 28. Coaceruatione arborum multifariarum eodem

Ἐν δὲ καλαὶ γλυκύμαλα. τὸ δ', ὡς ἀλέκτρινον, ὕδωρ  
 30 Εξ ἀμαρᾶν ἀνέθνε. Θεὰ δὲ πεμάνετο χώρων  
 "Οσσον Ἐλευσῖνι, Τριόπω θ' ὄσον, δικόσον" Εννα.  
 'Αλλ.

in loco poetae veteres vtuntur, et in his Virgilius quoque, quam Scaliger recte notauit. Est enim prodigiosa et aliena ab omni verisimilitudine, praesertim in luce spontaneo, manibus hominum non instituto. Sed vitium hoc est illis commune, de quo questus etiam est I. M. Gesnerus ad Orphei Argonaut. vers. 909. vbi exemplum huius luxurie est tam portentosum, ut, quacunque eius supersunt alia, omnia longe superet. Reiske. In lucis, qui inuiolabiles habebantur, et diis quoque consecabantur maiorum gentium, arborum densitatem et obscuritatem obseruatam, diversaque arborum genera, item fontes et amnes fuisse, et noster Callimachi locus testatur, et Eshenbach. de consecratis gentilium lucis §. 4--9. (quae disputat. est inter eius diss. academicas Norib. 1705. pag. 133. sqq.) vberius docet. adde indicem.

v. 29. γλυκυμ. quae alias de fructu, hie de arboribus ipsis dicuntur. vide Spanhem. qui antea quoque de ὄχναις pirus agrestibus translatis, iisque bonos tum fereatis fructus late disputat. — ἀλέκτρινον ὕδωρ, eleūrina, h. e. pellucida, limpidissima aqua. Schol. ἐλέκτρινον, diu-  
 γες, παρὰ τὸ ἄλεκτρον. (Bernstein vulgo.)

v. 30. ἀμαρᾶν dor. pro ἀμαρῶν, e scatebris. Schol. ad h. l. οὐσὶ δὲ αἱ ὑδροφόραι. Hesych. tom. I. pag. 262. in hor-  
 tis aquae fluxum nominari dicit, quod simul et aequali-  
 ter et sedate fluit, ἀμάρη, οὐ δὲ τοῖς κήποις ὑδροφόραι παρὰ  
 ἀμαρᾶς τὸ λόγος οὐδὲ ὅμαλῶς γενεῖ. -- επεμάνετο vide supra  
 ad Theocrit. XXX. 31. — επεμ. χώρων est ex Homero du-  
 eta loquendi ratio Il. Z. 160. χώρων de tali luco est et  
 apud Xenophont. Expedit. Cyr. V. p. 378. Ernesti. Cer-  
 ta enim quaedam loca prae aliis a numinibus mirifice esse  
 dilecta, monet et probat Spanhem.

v. 31. Τριόπω. Ab Herodoto aliisque vocatur Τριόπων. conf. cl. Heyne ad Apollodori biblioth. pag. 102. supra,

'Ἄλλ. ὅκα Τριοπίδαισιν ὁ δεξιὸς ἄχθετο δαι-  
μων,

Τυτάκις αἱ χείρων Ἐρυσίχθονος ἀψατοβωλά.  
Σένατ' ἔχων θεράποντας ἐείκοσι, πάντας ἐν  
ἀκμᾷ,

Πάντας δὲ ἀνδρογίγαντας, (ὅλαν πόλιν ἄκριοι  
ἄραι,) 35

Ἀμφότερον πελέκεσσι καὶ αἴγιναισιν ὅπλίσσεις.

Ἐς δὲ τὰς Δάματρος ἀναιδέες ἔδραμον ἄλ-  
gos.

<sup>3</sup>Hs

*Moschi Idyll. III. 99.* Erat autem Cariae seu Cnidorum in Caria, idemque Coo adiacens promontorium et vrbs a Triopa, huius Erysichthonis patre condita; sed eo demum tempore, quum, post famam filii diram, coloniam in Cariam deduxisset, et illam vrbum a se conditam, de suo adpellasset nomine. Nondum vero exstitit illa vrbs, quum in peninsula Cariam Pelasgi traicerent. Callimachus igitur h. l. πρόληψιν siue προχρονισμὸν admisit. vide Graeuium et Spanhem.

v. 32. *Triopidis*, i. e. Erysichthonis, *Triopae filio*, totique illi familiae. — *dέξιος*, *dexter*, h. e. *bonus*, dicitur Genius siue deus, quia dii bonorum habebantur largitores. Quando contra dii irasci dicantur, docet Spanhem.

v. 33. malit Ernesti τυτάκις δὴ ibi tum.

v. 35. Possit τελευ subaudiri, neque multum contendam, si quis hoc velit, et in vulgata ἄρχοι acquiescat, ego vero malim sublatis signis parentheseos, ἄρχοι, Dorice pro ἄρχοις, ut apud Theocrit. Idyll. 10. τὰς φανὸς ἐψῆν πρὸ τὰς φανὸς: praesertim cum etiam libri, Vosianus atque Ambrosianus, hoc dent, tametsi accentu prauo. Reiske. — ἀνδρογίγι. Ita poetae homines illos fabulosos, qui in deos furere ausi sunt, humanam staturam superasse, fingere solent. confer Euripidis Phoeniss. 1037. 1137.

v. 36. *πελέκυς*, *securis*, vna parte acuta: *ἀγίνη*, *bi-pennis*, vtraque parte acuta.

<sup>7</sup> Ής δέ τις ἄιγειρος, μέγα δένδρον, σιθέρικην.  
ρον.

Τῶ δ' ἐπὶ τὰς νύμφας ποτὶ τῶνδιον ἐψιώντο.  
40 Α πράτα πλαγεῖσα, κακὸν μέλος ἴαχεν ἄλ-  
λαις.

<sup>7</sup> Ήσθετο Δαμάτηρ, ὅτι οἱ ξύλον ιερὸν ἀλγεῖ.  
Εἰπε δὲ χωσαμένα, τίς μοι καλὰ δένδρα  
κόπτει;

Αὐτίκα Νικίππα, (τάν οἱ πόλις αρήτειραν  
Δαμοσίαν ἔσασαν,) ἐέισατο γέντο δὲ χειρὶ<sup>45</sup>  
Στέμματα καὶ μάνων, κατωμαδίαν δ' ἔχε  
κλαῖδα.

Φᾶ

v. 38. <sup>7</sup> s pro <sup>7</sup> v, vt saepe apud Theocritum, Annae Fabri Ouidius quercum rectius posuisse videtur. <sup>7</sup> Αιγειρος, (quod est vocabulum Creticum,) fuit populus nigra, quam in maiorem altitudinem, quam alba populus, exsurgebat. Celsis autem arboribus vulgo consiti erant sacri veterum luci. v. Spanhem.

v. 39. τῶνδιον.] pro τὸ ἔνδιον meridiem.

v. 42. πόπτειν, seu ἐκκόπτειν succidere, funditus exci-  
dere, religiosas id genus arbores, semper vetitum fuit.

v. 44. <sup>7</sup> εσασαν nempe Dotium eiusque ciues; imitatus  
est Homerum Il. Z. 300. Publica sacerdos constituta di-  
citur, et quod collatio sacerdotiorum propter sacrorum  
religionem inter praecipuas rei publicae et administratio-  
nis curas fuit semper et ubique ferme habita, et quod  
sacra Cereris a probatis lectisque feminis publice siebant.  
Plura vide apud Spanhem. Spiceae autem coronae et  
papauer fuerunt attributa Cereri. Sacerdos vero tam-  
quam aedis sacrae custos clauem ab humeris pendulam  
gestat. confer Schwarzii disp. de Diis clauigeris. Altdorf.  
1744. et Valcken. ad Theocriti Adoniaz. pag. 334. 335.

γέντο est ab antiquo verbo γέννωμαι, vel γένομαι. He-  
sychius γέννει, Κύπριοι, λαβέ. Ernesti.

v. 45. vide librum: Papauer ex omni antiquitate eru-  
tum, pag. 36. 37. imprimis pag. 39.

Φᾶ δὲ παραψύχοισα κακὸν οὐδὲ ἀναιδέα φῶτα,  
Τέκνον, ὅτι στὰ θεοῖσιν ἀνειμένα δένδρεα κόπ-

ΤΕΙΣ,

Τέκνον ἐλίνυσον, τέκνον πολύθεε τοκεῦσι,  
Πάνεο, οὐδὲ θεράποντας ἀπότρεπε· μή τι κα-

λεφθῆ

Πότνια Δαμάτηρ, τὰς ιερὸν ἐκκεφαῖγεις. 50

Τὰν δὲ ἄρδεν ποβλέψας, χαλεπώτερον, ηὲ κυ-

ναγὸν

"Ωρεσιν ἐν Τμαρίοισιν ὑποβλέπει ἄνδρα λέαντα  
Ωμο-

v. 46. *Παραψύχοισα*, *permulcens*. Hanc lectionem recepit Ernesti in textum pro vulgato *παραψύχοισα*, consolans quod alienum esset ab hoc loco, et ablegat ad Arnaldi Anim. pag. 80. 81. in primis Piersonium in Verism. pag. 132. qui de confusione ψύχειν et ψύχειν egit. Reiskius tamen hanc lectionem vitiosam, et temere introduciam dicit, feruari debuisse veterem probam *παραψύχοισα*, quam quoque Bandinius rescripsit. vid. etiam Reiskium ad Theocrit. 13. 54.

v. 47 — 50. ἀνειμ. - ἐλίνυσον - πολυθ. vide indicem sub hh. voce. ἐλίνυσον, num simplici, an duplii v. scribatur, disputat Ernesti. adde Brunch. Analect. III. p. 240. Sed utrumque nugari ait Toup. in Emend. ad Suid. et Hes. vol. I. p. 57. sq. not. adde euindem vol. II. p. 8. sq. et quae notaui ad Theocr. X. 51. ιερὸν scil. ἄλσος.

v. 52. In Molossidos traetu, vbi mons ille Tomarus vel Tomarus est, ferociissimos leones gigni, ex Aristotele Plinioque obseruat Spanheim. Ad vultum vero Erys. atrocem ita pingendum, ut sensui quasi subiici possit, ornate comparat vultum illius leaenae, et ad picturam quasi absoluendam, addit, illius vultum esse truculentissimum, aspectu terribilem. v. Theocrit. XXII. 21. Horat. I. Od. 23. 9. 10. Atqui non ego te, tigris ut aspera Gaetusue leo, strangere persequor. — Claudian. in Rufinum I. 225. sqq. vbi vide Barth.

<sup>Ωμοτόνος, (τὰς Φαντὶ πέλειν βλοσυρώτατον  
δύμα,)</sup>

<sup>Χάζεν, ἐφα· μή τοι πέλεκυν μέγαν ἐν χροῖ  
παξῶ.</sup>

55 Ταῦτα δ' ἐμὸν Θασεῖ σεγανὸν δόμον, ω̄ ἐνι δα-

τας

<sup>Αἰὲν ἐμοῖς ἐτάροισιν ἀδην Θυμαρέας αξῶ.</sup>

Eπεν

*Effera prae tumido quatiebat corda furore.*

*Quae sit Gaetuli iaculo percussa leaena,*

*Aut Hyrcana premens raptorem bellua Parthum,*

*Aut serpens calcata furit?*

Tāv δ' ἄργεν verte propter vim voc. ἄρρεν, ille vero his audi-  
tis. v. ad vers. 113. Denique nota differentiam: ὑποβλέ-  
πειν est limis oculis adspicere, v. Salmas. Exercitt. Plinian.  
pag. 231. F. edit. Ultraiect. Doruille ad Chariton. pag.  
506. Ἀντιβλέπειν et προσβλέπειν dicitur is, qui oculos  
vultumque alicuius perferre potest. vide Theocrit. V. 37.  
Moch. IV. 50. ibique not. Spanhem. ad Iuliani Caesar.  
pag. 51. edit. Heusingeri. Ἐπιβλέπειν est, oculis benignis  
respicere. Luc. I. 48. Iacob. II. 3. confer Elsneri Obss.  
sacras tom. I. pag. 220, 1. Ἀποβλέπειν est aliquem cum in-  
signi admiratione adspicere. Xenoph. Mem. Socr. IV. 2,  
2. vbi v. Hindenburg et Fischer in indice ad Theophr.  
h. v.

v. 54. παξῶ, (libri male πάξω,) dorice pro πῆξω, &  
πήγνυμε, figo. vide Maittaire de dialectis pag. 219. Do-  
res enim ultimam futuri flectunt.

v. 55. Θασεῖ hoc recte mutasse dicitur Stephanus in  
Θασεῖ dorice pro Θήσει, et A. Fabri ac doctiss. Ernesti  
laudant emendationem Stephani; sed Lascaris iam in  
editione Florentina legerat Θασεῖ, ut Bandinius in varie-  
tate lectionum adnotauit. adde Koen ad Gregor. Corinth.  
de dialectis pag. 100. sq. Δόμος h. l. non est domus, que  
iam tecta erat, sed triclinium, quod subiecta descriptio  
docet. Erysichton volebat lacunar struere in triclinio,  
seu coenaculum laqueatum (hinc σεγανὸν, n. densum) effi-

τον Εἰπεν ὁ παῖς. Νέμεσις δὲ κακὰν ἔγραψατο  
Φωνάν.

Δαμάτης δὲ ἄφατόν τι κοτέσσατο· γείνατο δὲ  
ἄ Θευς.

Ιθματα μὲν χέρσω, κεφαλὰ δὲ οἱ ἄψατο  
ολύμπω.

Οἱ μὲν ἄροις ἡμιθνῆτες, ἐπεὶ τὰν πότνιαν εἶδον, 60  
Ἐξαπίνεις ἀπόρρεσαν, ἐνὶ δρυσὶ χαλκὸν ἀφέντες.  
Ἄ δὲ ἄλλως μὲν ἔσσεν, (ἀναγκαῖς γὰρ ἐποντο-

Δεσπο-

eere, in quo coenaculi praecipuus ornatus. Sic *Theocrit.* XVII. v. 17. infra v. 64. est eodem sensu. vide Ernesti notam. Thessali autem, qualis fuit Erysichton, valde edaces sunt vituperati. v. Spanhem.

v. 57. Libri tribuuntur a poetis Ioui, Parcis, aliisque diis, quibus cura rerum humanarum, in utramque partem. Similiter ergo Nemesi siue Adrasteae libri tribuuntur. v. Ernesti. Quin ipsa S. S. eiusmodi loca supeditare potest.

v. 59. Virgil. IIII. Aen. de fama (notante Vulcanio,) *Parva metu primo, mox se attollit in auras. Ingrediturque solo, et caput inter nubila condit.* confer quae scripsi ad Anthol. lat. poet. Lucret. I. 64. et Klotzii epistolas Homer. pag. 195. sqq.

v. 60. ἡμιθνῆγες edidit Aldus, quod esset ab ἡμιθνήσ. Et saepe Dores Σ in Ζ mutant, ut κλᾶξ pro κλεῖs. Heusing. in Pericolo p. X.

v. 61. χαλκὸν, aes, non, ferrum dicit poeta, quoniam antiquissimis temporibus, ut ex Homero constat, aes frequentius fuit ferro, et hoc contra carius ac praestantius. vide Ricci Dissertation. Homeric. tom. I. diss. XVI. pag. 157. sqq.

v. 62. ἄλλως non refertur, iudice Ernesti, ad famulos, et versus proxime superiores, sed ad sequentia po-

Δεσποτικὰν ὑπὸ χεῖρα, βαρὺν δ' ἀπαμένει  
ἄνακτα,

Ναὶ ναὶ, τεύχεο δῶμα, κύον, κύον, ὡς ἔνιδαι  
τας

65 Ποιησεῖς. Θαμναὶ γὰρ ἐστερον εἰλαπίναγτοι.  
Α μὲν τόσσος εἰποῖσθε Ερυσίχθοντε τεύχε πονηρά,  
Αὐτίκα οἱ χαλεπόν τε καὶ ἄγριον ἔμβαλε λι-  
μὸν,

Αἰθωνα, κρατερόν μεγάλᾳ δ' ἐσφεύγετο νέσων.  
Σχέτ.

tius, et ad βαρὺν ἄνακτα. at cel. Kapp melius censet, id  
voc. omnino referri debere ad famulos, quos impune  
dimisit Ceres. ζασσα�, quam lectionem etiam Lascaris  
habuit, Stephanus bene mutauit in ζασεν. v. Ernesti.

v. 63. χεῖρ hic loci est opus seruis ab hero imperatum,  
et ab herili manu demonstratum, ad quod agendum he-  
rus seruos suos manu adductos adponit et adfigit quasi  
Reiske. Hoc sensu etiam manus apud Latinos reperitur.  
Sic fere apud Valer. Flacc. III. Argon. 336. vide etiam  
Spanhem. Facilius forte supples ὄντες, quia sub manu  
h. e. potestate domini erant, vt Steph. iam verterat. Meam  
interpretationem probauit cel. Kappius, et laudauit Mat-  
thae. VIII. 9.

v. 64. Apud Homerum hoc conuiciandi genus haud  
infrequens est, et deae quoque se mutuo lacescant, vt  
Iuno Dianam Iliad. φ. 481. Iris Mineruam Iliad. φ.  
v. 423. αἰνοτάτη κύον impudentissima canis. Sed enim dif-  
ficile est, de dignitate verborum recte iudicare, prae-  
sertim ex interpretationibus latinis. v. Riccium in disser-  
tat. Homericis X. et XI. et Klotzium de verecundia Vir-  
gilii pag. 270. (in Opusculis varii argumenti.) Et rudiori  
aetati condonandi sunt illi flosculi, quos tamen homines,  
qui elegantiores videri velint, haud spernere, vel no-  
stra aetas docet.

v. 68. Αἰθων, ardentem, diram. v. Spanheim. et Er-  
nesti; interpres ad Aelian. V. H. I. 27. Reines. var.  
lect. III. 2. pag. 370. et ἐσφεύγετο tabescere coepit, est ver-

Σχέτλιος ὄσσα πάσαιτο, τόσων ἔχεν ἴμερος  
αὐτις.

Εικατι δαῖτα πένοντο, δυώδεκα δ' ὄνον ἀφυσ-  
σον. 70

Τόσσα Διώνυσον γὰρ, ἀ καὶ Δάματρα χαλέ-  
πτει.

Καὶ γὰρ τῷ Δάματρι συνωργίσθη Διόνυσος.

Oὐτε

bum Homericum ex Il. O' 512. Od. μ'. 381. v. Ernesti ad Callim. et Valcken. ad Ammon. animaduers. p. 130. Sequebatur enim βελεμία siue indefinens cibi adpetentia, indeque orta est imbecillitas viriumque prostratio et tabes. confer v. 93. ibique Spanhem.

v. 69. "Ιμερος bene habet. Subauditur εὐτὸν. Theoret. 16. 65. hoc versu Stephani interpunctio seruari debebat. Reiske. Stephan. nimirum interpunxit post σχέτλιος. Sed quia tunc Ιμερος foret corrigendum, nam ἔχει refertur ad σχέτλιος, et sequi adeo debet accusatiuus, deinde quia editiones veteres non interpungunt post σχέτλιος, Ernesti has sequutus est. Inde nota Rei kii intelligi debet. Atqui si signum exclamandi post σχέτλιος poneretur, grauior forsitan erit oratio, et sententiae Reiskii subscriberem. πάσαιτο est a πάσσομαι, edo: πάσσων vero est possideo. vide Ernesti ad h. l. et ad versum 128.

v. 71. 72. Ernesti ad h. l. et Ruhnken in epist. critica II. pag. 38. alterutrum versum spurium esse, propter frigidam tautologiam, quae inesset, iudicarunt. Reiske tamen „vers. 71. qui nunc est, ait, post 72. est collocandus, ut inuerso ordine sequantur ad hunc modum "Εικατι δαῖτα — καὶ γὰρ τῷ Δ. — τόσσα Δ. γ. — Οὐτε μν — Potest tamen vulgaris ordo versuum seruari. si γαὶ γὰρ reddimus, ideoque etiam nunc. — verbum χαλέπτει significat h. l. in furorem agere, iram alicuius atque indignationem ciere, commouere.“ Ego vero tolerarem hanc tautologiam in pedestri quadam oratione, aut in fabulis et narrationibus; sed in hymno mihi frigida esse

Q

Οὐτέ μιν ἐις ἔρδανως ὅτε ξυνδείπνια πέμπον  
Αἰδόμενοι γονέες· προχανὰ δὲ ξυρίσκετο πᾶσα.  
75 Ἡνθον Ἰτωνιάδος μιν Ἀθαναίας ἐπ' ἀεθλα  
Ορμενίδαι καλέοντες· ἀπ' ᾧ ηρνήσατο μάτην.  
Οὐκ ἐνδοῦ. χθιζὸς γὰρ ἐπὶ Κρανῶνα βέβηκε,  
Τέλθος ἀπαιτήσων ἑκατὸν βόας. ἦνθε Πολυξένη,  
Μάτηρ Ἀντορίωνος, (ἐπεὶ γάμον ἄρτυε παιδί.)  
80 Ἀμφότεροι, Τριόπαν τε ναὶ νίσα, πικλήσκοσι.  
Τὰς δὲ γυνὰ βαρύθυμος ἀμείβετο δακρυχέσοισι,  
Νεῖται τοι Τριόπας· Ἐγυστήθοντα δὲ λασε καὶ  
προσεργάσασθαι εἴησιν. προσ

Πίνα

videtur, et Ernestio adsentiri malo. Bacchum vero Cereris πύρεδρον, adfessorem nominat Fiduc. Isthm. od. 7. plura vide apud Spanhem.

v. 73. Reiskius mauult ἔτις ἐς ξυνδείπνια.

v. 75. 76. Iton, vrbs Theffaliae, vbi Minerua, inde Itonia Ἰτωνια et Ἰτωνια dicta, colebatur, et Ormenidae erant Thessali, in eodem, quo Mineruae Itonicae famum, tractu, nempe inter Pheras et Larissam. Itonis autem haec dea etiam in vrbe Boeotiae Coronae culta fuit, non a loco, sed ab Itono sacerdote, Amphycitionis filio, ita appellata. vid. Spanhem. ad h. l. et ad H. in Pallad. v. 61. vbi de hoc Itoniae Mineruae cultu et agonibus apud Boeotos celebratis egit. ἀν., Ernesti resinxit pro ἔτι, quia sic semper scribunt Dores poetae.

v. 77. ἔνδον dorice pro ἔνδον, non est intus, non domi est: de quo vocabulo vide Valcken. ad Theocriti Adoniaz. p. 363. χθιζὸς pro χθὲς, v. Lennep. ad Coluthum v. 371. Κραν. vrbs Thessaliae.

v. 82. νεῖται veniet ad nuptias, parat se, ut iis intereat, iam iter illuc ingreditur. v. H. in Dian. v. 148. Reiske. Schol. ἔρχεται. Graeci, nec non Latini, tempore praesenti pro futuro vtuntur, ut Anna Fabri iam bene monuit. Sic Xenoph. Cyrop. VIII. 7, 2 et 17. confer Sanctii Mineruam I. 14. 4. ibique Perizon. Aristophanis

Πίνδον ἀν' ἐνάγκειαν, ὁ δὲ ἐννέα Φάσα κεῖται.  
Δειλαία, Φιλότεκνε, τί δὲ οὐκ ἐψένσαο, μᾶ-  
ΤΕΡ;

Δαινεν ειλαπίνας τις; ἐν ἀλοτρίοις Ἐγυσίχ-  
θων. 85

<sup>9</sup>Αγετό τις νύμφαν; <sup>10</sup>Ερυσίχθονα δίσκος εἴτε  
ψευ,

"*H επεστέξιππων, ή εν Οὐρανοίμνι αριθμεῖ.*

*'Ενδόμυχος δ' ἥπειτα πανάμερος ἐιλαπιναζᾶς*

"Ἡσθίε μνοία πάντα· κακὰ δὲ ἐξαπειλητικά

Αἰεὶ μᾶλλον ἔδοντι. τὰ δὲ εἰς Βυθὸν φία θά-

*λάγγας*

O<sub>2</sub> 90% 90%

O<sub>2</sub>      'Alε-

Plutum 70. ibique Kuster, *Viger.* de idiotismis Gr. L. V. 3. pag. 216. ibique Hoogeui. infra ad Pindar. 179. Burgess ad Dawesii miscell. critica pag. 514. 516. Denique, ut Ernesti monet, ἥλασε, (ab ἥλασσω,) percussit, verbum proprium in hac re esse, ostendit Homeri locus Odyss. τ'. 393. Οὐλὴν, τὴν ποτὲ αὐτὸν σὺς ἥλασσε λευκῷ ὄδόντε.

v. 83. Πίνδον] Stephan. quem Spanhem. sequitur,  
malit Πίνδης. Ernesti autem dorice Πίνδω. De εὐαγγ. vi-  
de indicem.

v. 85. ἀλλόργων h. l. sunt cauſtationes a re praefente et a veritate rei alienae; breuibus, mendaces. Sententia eſt, perhibebatur Eryſichthon in rebus versari, a quibus quam plurimum aberat. Reiske.

v. 87. οὐνων v. indic. *Othrys* est mons Thessaliae, confer Spanhem.

v. 88. ἡπειτα est h. l. interim aut nihilo minus tamen.  
Reiske.

v. 89. Ἔξαλλεσθαι significat vehementem cupiditatem ventriculi improbi. Sic enim κακὰ interpretantur Latini de fame. Iuuen. Sat. VI. 318. Saltante libidine. v. Ernesti et Spanhem. πάντα, confer supra Mosch. I. 6. ibique notam.



Αλεμάτως ἀχάρισα κατέρρεεν ἔιδατα πάνται  
Ως δὲ Μίμαντι χιῶν, ὡς ἀελίω ἐνι πλαγγῶν,  
Καὶ τότων ἔτι μεῖζον ἐτάκετο· μέσφ' ἐπὶ<sup>νευρᾶς</sup>

Δειλαίω ἵνες τε καὶ ὄσεα μῶνον ἔλιφθεν.  
95 Κλαῖε μὲν ἀ μάτηρ, βαρὺ δὲ ἐσενον αἷ δῆ  
ἀδελφαῖ,  
Χῶ μασὸς, τὸν ἐπινε, καὶ αἱ δέκα, πολλάκι,  
δῶλαγ.

Καὶ

v. 91. <sup>91</sup>Αλεμάτως dorice pro ἀλεμάτως: quod Hesych. interpretatur ματαίως, ἀχάρισα; eleganter usurpatur. Reiske „cibi ingrati sunt, ait, aut quorum perceptio- nem nulla voluptas comitatur, aut nulla sequitur ad nu- tritionem corporis utilitas, cuius caussa tu iis gratiam debeas, aut, qui operae pretium non referant pasto, nullo commodo sumtus in se factos luant“ κατερ. v. su- pra p. 152.

v. 92. πλαγγῶν, male πλαγκῶν. vide indicem. Mima est mons in minore Asia.

v. 94. Quum νεύραι et ἴνες nihil admodum differant, Valckenar. corrigit, Δειλαίω γίνος τε κ. ο. Sed ἴνες vix esse a peccante librario, censet Ernesti, et cod. MS. Vossianus habet μέσφ' ἐνι πλευρᾶς, quod Ernesti non dis- plieet, si aut ἐπὶ fiat ex ἐνι, aut πλευρᾶς pro πλευρᾷ. Reiskius contra νεύροις in datiuo coniicit, et, „sententia est, inquit, carnes omnes desfluebant et contabescabant, sola relinquebantur ossa, cum tendinibus muscularum, (quae sunt νεύραι) et aridis villis quibusdam, qui ἴνες, ἐν h. l. significat una cum, praeter, si nempe tendines etiam in numerum veniunt.“ confer Foesii oeconom. Hippocr. v. ἴνες pag. 282. et explicantur villi et fibrae fila qua- dam oblonga, gracilia, alta, solida, valida, omnis ge- nericis corporis partibus inserta. adde Erotiani exposit. voc. Hippocrat. ibique Eustach. p. 186. sq. ed. Franzii. Iuuenal. XV. 100. Sil. Ital. II. 466.

v. 96. Πολλάκις est διὰ μέσα, ut Grammatici Graeci

Καὶ δὲ αὐτὸς Τριόπας πολιαῖς ἐπὶ χεῖγας  
ἔβαλλε,

Τοῖα τὸν ὄντα ποσειδάωντα καλιτρέων·  
Ψευδοπάτωρ, ἵδε τόνδε τεῖς τρίτον· ἐπερ ἐγώ  
μὲν

Σεῦ τε καὶ Αἰολίδος Κανάκης γένος. ἀνταρ  
ἐμεῖο

Τέτο τὸ δεῖλαιον γένετο Βρέφος. ἀΐθε γὰρ  
ἀυτὸν

Βλητὸν ὑπὸ Απόλλωνος ἐμαὶ χέρες ἐκτερέειξαν·  
Νῦν δὲ κακὰ βάθρωντις ἐν ὀφθαλμοῖσι κάθηται.

03

H

loquuntur, referturque ad *τέσεις*, quod interpunctione indicaui. Sed Valckenarius hunc versum spirium iudicat. Est sane durum *μαρδὸς ξελαυτεῖς*. Sed nutricis commoda est mentio, ut videbunt omnes, qui poetas cognoverunt. Et usitatum est nutrices tali modo exprimere Epigr. LIII. *ἀγαθὸν γάλα. bona nutrix.* Ernesti. Sed contra interpunctionem viri post fata quoque venerabilis Reiskius haec monuit: „duo postrema commata dele. Nam πολλάκις δέναι sunt decuriae ancillarum saepius atque saepius numerando iteratae. h. e. centenae, vel et milenae, ut H. in Dianam 33. 34. τρις δέναι ter tenae, erant triginta, et fragm. 120. pag. 488. ἔξακις δοιά sexies duo duodecim, et H. in L. P. 23. δις ἔξηκοντα bis sexaginta, centum vingenti, et innumera talia alias.“ Quam acutam interpretationem lubenter admitterem, si unus locus aptus esset datus, Graecos primum ita loquutos esse; deinde πολλάκις hoc sensu postpositum.

v. 98. τὸν εὖ αἰνούτα. Sic Horat. I. od. 2. minus abundantem carmina Vestam.

v. 103. βεβρ. idem est, quod v. 66. scripsit. vide indecim. — ναθύται, Ouid. III. Trist. 9. 18. Pallor in ore sedet. Fortius et melius dicitur fames in oculis sedisse: et ex more veterum ac philosophia populari sedes famis



Ἡ οἱ ἀπόσασον χαλεπὰν νόσον, οὐδὲ μην ἀντὸς  
 105 Βόσκε λαβών. ἀμάγε γαρ ἀπειρήκαντι τράπεζαι.  
 Χῆραι μὲν μάνδραι, κενεαὶ δέ μοι αὐλίες ἥδη  
 Τετραπόδων. ἥδη γαρ ἀπηρυῖσαντο μάγειροι.  
 Άλλὰ καὶ σόῆς μεγαλῶν ὑπέλυσαν ἀμαξᾶν,  
 Καὶ τὰν βῶν ἔθαγεν, τὰν Ἐσία ἔτρεφε μάτηο,  
 110 Καὶ τὸν αἰεθλοφόρον καὶ τὸν πολεμῆον ἵππον,  
 Καὶ τὰν αἴλερον, τὰν ἔτρεμε θηρία μικνά.  
 Μέσφ' ὅτε μὲν Τριόπας δόμοις ἔνι χρύματα  
 κεῖτο,  
 Μῶνος ἄρδεοις θάλαμοι κακὸν ἡπίσαντο.  
 'Αλλ'

in oculis quaeritur. vide supra ad Bion. I. 47. — οἱ ἀνιστον, ab illo discedere fac, h. e. depelle. aor. enim in imperatiuo h. l. vti saepius, vim habet praesentis. vide Vigerum de idiotismis etc. V. 3. 12. pag. 219.

v. 105. βόσκε λαβ. Cum Spanhemio propter verba, quae consequuntur, malim interpretari: ei alimenta suppedita.

v. 109. Nota bouem in honorem Vestae communis urbis, ut Graeci subinde de ea loquuntur, seu Patrimiae et domesticae. Atque hoc loco Cererem haud incommodo posse intelligi, conicit ad h. l. Spanhem. qui de Vesta Graecorum et de sacrificiis illi oblatis copiose agit. Lessingii Laocoön. pag. 255.

v. 110. ἕπτον. Victorum in Circensibus equorum nomina, relata subinde in inscriptionibus antiquis; iidem coronati fuerunt in sacris Graeciae agonibus.

v. 111. τὰν-μικνά. Breuis haec pictura, hoc πάγεγγον miram suavitatem et pretium adfert poesi. conf. Schneideri Anmerk. über den Anakreon p. 104-109. Quod h. l. est αἴλερον, non αἴλουρον, Dawes. in Misc. crit. p. 258. sq. putat, hunc hymnum, quem valde spernit, esse spuriū. sed v. Ernesti ad h. l. Doruill. ad Chariton. p. 275. Pierson ad Moerlin p. 36. sq.

v. 113. ἄρρ. Hic obserues potestatem particulae huius

'Αλλ' ὅτε τὸν βαθὺν οἶκον ἀνεξῆραινον ὁδόντες,  
Καὶ τόθ' ὁ τῷ βασιλῆσ πέντε τριόδοισι καθῆσο, 115  
Αἰτίων ἀκόλως τε νοῇ ἐκβολα λύματα δακτός.  
Δάματες, μη τῶν ἐμὸν φίλος, ὃς τοι ἀπεχθῆσ,

Εἴη, μηδὲ ὁμότοιχος· ἔμοι νακογείτονες ἐχθροί.  
Εἴπατε παρθενική, νοῇ ἐπιφέγγασθε τε-  
κτοσαμ,

O 4

Δά-

ab Hoogeui. in tract. de particulis tom. I. p. 107. sqq. ubi rime demonstratain. Respondet hoc loco τῷ μέσῳ, dum, quoad: ἄρα vero inter alios, quos habet quam plurimos significatus, designat quoque effectum, quum dicitur, aliquid consequutum esse, v. Hoogeui. pag. 117. n. 2. aut quum de relatione temporis sermo est, ibidem pag. 115. Interpreteris igitur Μέσῳ-ἄρα, quandiu-tamdiu. So lange als - da wüsten nur allein. Latet igitur aliquatenus prima significatio, qua intelligitur similitudo ad argumentationis genus; et descendit ab ἄρω, orno, apto, firmo. vide Hoogeui.

v. 114. βαθὺ h. l. significat, abundantem, laudam, diuitem v. Spanhem. et nos iam hoc verbum supra ad Mosch. II. 101. explicuimus. σινηγάνειν est euacuare; Schol. exponit ἐγημον ἐποῖσυ. v. Theocrit. L. 57. et Hemsterh. ad Aristophan. Plut. p. 288. b.

v. 116. confer Hom. Od. 9. 222. ibique Eustath. εὐ-  
βολα λ. δ. reiedaneas coenae sordes. vide Spanh. et Ernesti.

v. 118. Piaculare olim apud Graecos habitum fuit, sub eodem tecto agere cum quopiam homicidii, aut alterius grauioris criminis reo, qui pollitus censebatur, aut cum eo cibum capere aut sacris interesse. v. Psalm. 139. 21. 22. Demosthen. de corona c. 88. p. 546. edit. a me curatae, Altenb. 1769. et Spanhem.

v. 119. τεκτοσαμ (aor. 2. part. act. a τίντο) parientes, vel potius, in eo versantes, vt parerent. Aor. enim 2. ea vis saepius est, vt actum, conatum, voluntatem etc.

120 Δαματερ μέγα χαιρε, πολύτροφε, πολυμέ.  
διμνε.

X' ὡς αἱ τὸν κάλαθον λευκότριχες ἵπποι  
ἄγοντι

Τέσσαρες· ὡς ἀμῦν μεγάλα Θεὸς ἐνρυάνασσα  
Λευκὸν ἔσθ, λευκὸν δὲ Θέρος, καὶ χεῖμα φέ.  
ροισα,

‘Ηξεῖ, καὶ Φθιώπωρον, ἔτος δὲ εἰς ἄλλο Φ.  
λαξεῖ.

125 Ως δὲ ἀπεδίλωτοι καὶ ἀνάμπυκες ἀσυ πα.  
τεῦμες,

“Ως

inuoluat. Xenoph. Memor. Socr. I. 3. 4. Εἴ τις ἀντὸν ἔπει  
θεν, si quis suadere voluisse. vide cl. Hindenburgii Anim.  
aduers. ad Xenoph. M. S. pag. 26. Isocratis Paneg. cap.  
31. ibique elegantissimum Morum, pag. 78. προτέρη  
ἀντῆς, obtinere volentes, id agentes, ut in fide teneremus.

v. 121. ὡς ᾧ. Lascaris apud Bandin. edidit ὥσα: de  
publicato ὡς, vbi primum est pro ἔτως Valcken. ad Eu-  
ripid. Phoen. p. 315. egit, adnotante Ernesti. Albi igi-  
tur equi, iisque quadrigarii calathum in hac pompa Ce-  
reali ducebant; ἄγοντι, dorice pro ἄγοντι. Conf. Span-  
hem. ad h. et seqq. versus. Quia vero quatuor anni  
tempora moderatur Ceres, et quatuor illis temporibus,  
nempe tempore arandi et vertendi terram; tum sationis,  
tum messis; tum denique post comportatas fruges et cir-  
ca finem quoque hiemis inuocari solita fuit, illi quatuor  
albi equi ad fertilitatem et felicitatem temporis indican-  
dam quatuor anni tempora designant.

v. 122. confer vers. 139. Omnia regina dicitur ab  
Euripide Phoeniss. vers. 691. quia Tellus fuit.

v. 123. Φυλαξεῖ. de Dorismo accentus in ultima syl-  
laba vide supra ad vers. 54. Maittaire de dialectis de h.  
I. pag. 220.

v. 125. Notabilis hic Callimachi locus de feminis sa-  
eris operantibus aut pompa Cerealis comitibus: quod

Ως πόδας, ὡς κεφαλὰς παναπηρέας ἔξομες  
αιεῖ.

Ως αἱ λικνοφόροι χρυσῷ πλέα λίκνα φέροντι,

Ως ἄμμες τὸν χρυσὸν ἀφειδέα πασαίμεσθα.

Μέσφα τὰ τὰς πόλιος πρωτανῆα τὰς ἀτελέ-

τῶς

### O 5

### Tās-

eae essent discaleatae et in primis sine vittis, quum in festo Cereris omne luctus signum abesset, nec feminas deceret, pedem ostendere. Sed sermo est de iis, qui adclamacionibus eam Cererem prosequabantur. vide Spanhem. hoc de ritu valde copiosum, et Sagittarium disp. de Nudipedalibus vett. cap. II. in Syntagm. primo dissert. philologicarum, Rotterod. 1699. Discaleatus etiam dicitur ἀσάνδαλος, (vt supra Bion. I. 21.) ἀνυπόδη-  
τος, ἀπέδιλος, ἀνήλιπος, siue ἀνάλιπος apud Theocrit. III.  
56. — ἀνάμπυξ, δ, ο, η est, vittam non habens. Ἀμπυξ  
de proprio apud Lydos capitinis ornamento adpellatum,  
notat Hesych. in λυδίῳ νόμῳ.

v. 127. vide ad vers. 1. et, si vis, Opuscula mea va-  
rii argumenti p. 493. 494. auro plena, h. c. aurea.  
Nam vanni aut cistae, λίκνα, canistrae ex auro facta  
erant.

v. 128. πασαὶμ. correxit Ernesti pro vulgari lectione  
πασσαιμεσθα. Est enim a πάσμα, possedeo, quod in ao-  
risto, quia primam syllabam habet productam, non du-  
plicat σ. vide etiam Valckenar. animadu. ad Ammon. pag.  
187. 188. cumd. ad Theocriti Adoniazus. v. 90. p. 383.  
et supra ad v. 69. et ad Solon. eleg. v. 7.

v. 129. 130. In Graecorum, aut Asiaticis graecae ori-  
ginis urbibus, non Athenis solum, olim erant erēcta  
Prytanea, quae vulgo in urbium penetralibus, seu in  
media earum parte sita fuerunt. Hinc in Prytaneis quo-  
que fuerunt Vestae simulacra, statusque ibidem eius cul-  
tus. Vestae tamen eiusdem, quam primam dearum vo-  
rat Pindarus, primus erat in urbibus graecis aut asiati-  
cis cultus. Ceres autem eadem est cum Tellure seu έστιος.  
Alias ἀτέλεστοι dicuntur οἱ ἀμύνται, non initiati. His la-

130 Τὰςδε τελεσφορίας ποτὶ τὰν Θεῦν ἄχρις  
ομάρτεῖν,

Ait.

tius explanatis a Spanheimio, hic sensus planus, ex interpretatione illius insigniter probabili, eruitur: Mandat vates, ut his sacris nondum initiaae per aetatem virgines seu ἀτέλεστοι, usque ad urbis Prytaneum, in media urbis parte seu eius penetrali situm, dumtaxat procederent: reliquae autem, uti mox dicetur, feminae iam initiaae, praeuio Vestae, primae deorum, in eodem Prytaneo cultu, longius praeceuntem, de quo hic agitur, deae calathum seu Cerealem hanc pompam et ad fanum eius usque comitentur, ubi sollemnia illius sacra statim ritibus continuo obeant. Versum 130. Spanhemius dupli modo construit: *Vel, τὰς δὲ προσομαρτεῖν τὰν Θεῦν ἄχρις τελεσφορίας, illas vero (initiatas nempe, easque, ut mox sequitur, infra aut supra sexagenarias) teneri deam prosequi, usque dum sacram illud peregerint, v. 134. et Spanhemius ποτὶ ομάρτεῖν coniungit, pro προσομαρτεῖν; licet in fine melius coniunxerit, ἄχρις ποτὶ (dorice pro πρὸς) usque ad.* — *Vel* construit τὰς δὲ ομάρτεῖν τελεσφορίας ἄχρις ποτὶ τὰν Θεῦν, has autem, nempe initiatas, comitari sacram Cereris sollemne, usque ad deam, seu deae aedem. Reliqua vide apud eundem Spanhem. et Ernesti, qui malit interpungi post ἀτέλεστοι, et postea legi τὰς δὲ τελεσφορίας, a τελεσφορεύσ, uti iam partim viderat Spanheim. Dein Ernesti quoque ποτὶ τὰν Θεῦν ἄχρις, explicat, *ad ipsum Cereris templum, et laudat Dorville ad Chariton. pag. 401. Reiske locum hunc difficilem ita explicat: „Post Πρυτανῆα punctum est collocandum: donec erunt huius urbis (Argiuae puta) curiae. Tribui sua cuique curia propria fuit. Deinde noua orditur sententia. Τὰς ἀτέλεστοι τὰςδε τελεσφορίας (scil. ἔνχομεθα) ποτὶ τὰν Θεῦν ἄχρις ομάρτεῖν, rogamus, ut nobis haec des, ut, quae feminae huius sacri fuerunt expertes, altero anno post perueniant, usque ad aram, quae quidem intra sexagesimum aetatis annum adhuc subsistant.“ Cel. Kapp olim ita explicuerat vv. 129. et 130. Hic locus forte ita explicandus: Usque ad urbis prytaneum sequimini (ομάρτεῖν infinit. pro imperatiuo) vos, quae nondum initiaae*

'Αίτιες ἐξήκοντα κατώτεραι· αἱ δὲ Βαρεῖαι,  
Χ' ἄτις Ἐλειθυία τείνει χέρα, χ' ἄτις ἐν  
ἄλγει,  
'Ως ἄλις, ὡς αὐτῶν οἰκανὸν γόνυ. ταῖσι δὲ Δηῶ  
Δωτεῖ πάντ' ἐπίμεσα, καὶ ὡς ποτὶ νηὸν ἴκωνται.  
**Xaipe**

ītis mysteriis; vos vero, quae iam iis (mysteriis) imbutae  
ītis (loco τελεσφορίας legerim τελεσφόροις vel τελεσφόρως)  
sequimini usque ad ipsum templum Cereris, nempe quae cum  
que annis sexaginta minores estis; quod vero ad prouocatio  
res adtinet -- sufficit, si istae sequantur, quoad genua pa  
tiantur etc. Haec tenus Vir doctissim. sed Hensinger in  
Pericolo etc. pag. X. reiecit Stephani et aliorum conie  
cturas, et maluit τὰς δὲ τελεσφορίας seruare. idque pro  
τὰς δὲ τὰς τελεσφορίας accipere, ut αἱ τελεσφορίας initiatae  
dicantur, quemadmodum Graeci τοὺς δῆμος, τοὺς καίσαρος,  
τοὺς τῆς πόλεως, τὰς ἀντᾶ et similia dicunt. Potuisse,  
addit, etiam Callimachum, ne Doride quidem inuita,  
scribere Τὰς δὲ τελεσφορίας.

v. 131. Apud Graecos in plurimis publicis muneri  
bus discrimen vulgo illius aetatis muliebris factum est,  
earum nempe mulierum, quae L.X. annis maiores aut mi  
nores forent.

v. 132. **χέρα.** Partui proxima Lucinam, quae Ἐλέ  
ια, et Εἰλέιθυια vocatur, vt ei sit propitia, inuocat,  
seu ad eam, quod supplices solent, manus tendit. —  
ἄλγει quae primis demum partus doloribus premitur.  
v. Spanhem. et Westerhou. ad Terentii Andr. III. 1.  
vers. 15.

v. 133. — ὡς ἄλις. subaudi τάντας ἐυχόμεθα vel ταν  
τοὺς χρὴ ὅμαιρτεν πρὸς τὸν τῆς θεᾶς ναὸν, ὡς ἄλις ἔνται, καὶ  
ὡς ἀντῶν ἐκάστης δύναται τὸ γόνυ ἐξικνεῖσθαι. Reiske. vt,  
quantum illarum, (ἀντῶν, dor. pro ἀντῶν) genua apta  
sint; h. e. quantum vires illarum sustineant, patientur.  
De Δηῷ v. indicem.

v. 134. **ἴκωνται.** Ceres omnia illis cumulate dabit,  
non secus ac si ad templum usque se comitatae essent. De  
Xaipe v. 135. v. quae notaui ad Theocrit. IX. 28.

135 Χαῖρε θεά, καὶ τάνδε σάω πόλιν, ἐν θ' ὁμοίᾳ,  
 "Ἐν τ' εὐηπελίᾳ· Φέρε δ' ἀγρόθι νόσιμα πάντα.  
 Φέρβε βόας, Φέρε μᾶλα· Φέρε σάχυν, οἰσε  
 θεοισμόν·

Φέρβε καὶ εἰράναν, ἵν', ὅς ἄροσε, κεῖνος ἀμασεῖ.  
 "Ιλατή μοι τρίμισε μέγα κρείσσα θεάν.

v. 136. Bandinius etiam habet ἐνημερίον: uti praeter  
 alios Spanhemius, qui in voc. illo tranquillum ac pro-  
 sperum urbis et ciuium statum intelligit, et uberioris in-  
 terpretatur. At enim Ernesti e codd. MSS. et edit. Ald.  
 reduxit lectionem, ἐνηπελίᾳ, et sic iam Lascaris ἐνηπελίᾳ  
 exhibuit. De ἐνηπελίᾳ vide interpretes ad *Hesych.* sub  
 h. voc.

v. 137. μᾶλα capit Ernesti de fructibus arboreis,  
 et restituit Φέρε, ac prouocat de voc. μᾶλα pro fructibus,  
 arboribus, ad Arnaldi Animad. p. 84. et Grasvii lect.  
 Hesiod. cap. 3. pag. 16. Reiske haec adnotauit. „Φέρε an  
 Φέρβε μᾶλα legatur, ciceum non interesse ad metrum ex-  
 stimo; sed ad sententiam interest. Φέρε μῆλα est, fer po-  
 ma, seu largire magnam copiam fructuum in hortis et  
 vineis prouenientium. Φέρβε μῆλα autem est, largire ubi-  
 rem prouentum pecoris ouilli et caprilli.“ Mᾶλα dor. pro  
 μῆλα. Φέρβω autem est, *pasto*, *alo*.

v. 138. ἀμασεῖ, ab ἀμέω, meto, vel potius colligo. v.  
 Doruille ad Charit. p. 366. sq. et ad Theocr. XI. 73. no-  
 tata. Lascaris et alii ἀμάσσει. Sed prior lectio verior  
 est, iudice Ernestio. Ήνα enim habet futurum, vt ὄπις,  
 in primis cum sermo est, vt hoc loco de re futura, di-  
 citurque, ἐνβατικῶς, de euentu, non consilio. De cir-  
 cumflexu in ultima syllaba vide ad vers. 54. ξιραν. vide  
 Spanh. ad h. l. Tibull. III. 10. 67, ibique Brouckh.

v. 139. κρείσσα. Ernesti scribendum censet κρείσσα, vt  
 est apud Pindar. Pyth. VIII. 30. conf. v. 122. regina  
 dearum, h. e. e numero dearum, vel dea multipotens.—  
 Ιλατή ab Ιλάω siue Ιληι, sis propitia: formula precandi  
 haec frequens est. vide Spanhem, adde Theocrit. Ado-  
 niaz. v. 143. ibique Valcken. pag. 414. et Scholiast. qui,  
 Ιλατή, ait, ἡντι τῇ Ιλάω θυτή, κατά ἀποκοπὴν, δορικῶς.

III.

ΠΙΝΔΑΡΟΥ \*

ΟΛΥΜΠΙΑ \*\*)

ΕΙΔΟΣ \*

ΙΕΡΩΝΙ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΩΝ

ΚΕΛΗΤΙ \*\*\*)

σύροφη ἀ πώλων τοῖς.

HIERONI SYRACVSANO EQVO

CELESTE VICTORI Ode I.

\*) De Pindaro, Thebis nato anno I. Olympiados LXV. ante Christum 519. v. Fabric. Bibl. Graec. vol. II. pag. 57. sqq. cl. Schneider in Versuch über Pindars Leben und Schriften. Argentor. 1774. 8. Quindillianus Instit. Orat. X. cap. I. mirifice eum laudat et commendat: *nō  
nūm*, inquit, *Lyricorum longe Pindarus princeps, spi-  
ritū, magnificentia, sententiis, figuris: beatissimus rerum  
verborumque copia et velut quodam eloquentiae flumine,  
propter quae Horatius nemini credit eum imitabilem.* Ade-  
de superbū Horatii iudicium de eo libr. IIII. od. 2.  
Plura vide in Schmidii Prolegomenis et Biographia clas-  
sica, tom. I. ex interpretatione Sam. Mursinae, Halae  
Saxon. 1767. p. 79. sqq. Nos vero sequuti sumus exem-  
plar editionem cel. Heynii, Gottingae 1773. min. 4. col-  
latis illius Additamentis ad lectionis varietatem, ibid.  
1791. In superiori editione contuleramus quoque Pin-  
dari Olympia, Nemea, Pythia, Isthmia una cum Latina  
omnium versione carmine lyrico per Nicolaum Sudorium.  
Oxonii e theatro Sheldoniano 1697. in form. max.  
praeterea Stephani. Pindari Olympia etc. 1560. 12. Cra-  
tan. Tigur. 1526. 8. Commelinam 1588. 8. Eras. Schmi-  
ddii editiones 1616. 4. Tum Io. Cornelii de Paw notas  
in Pindari Olympia etc. Traiecti ad Rhen. 1747. in 8. in  
quibus auctor more suo multa corrigere ausus est. In  
hac ed. comparauimus quoque Pindari carmina selecta,  
edita a Frid. Gedike, Berolini 1786. 8. cuius notas do-  
ctas consulent magister. Quem laudauit Pindarus Hiero-